



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 39. Plures Calvinistæ a Lexoviensi Episcopo in sua Diæcesi mortis
supplicio erepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

edictum obtinebat longe diversum a prioribus, quod non nisi sanguinem, cædesque spirabat. Ceterum in Delphinatu Bertrandus Simienus Gordius in Momorantiana familia educatus, cum idem mandatum accepisset, Monbrunii, ac ceterorum Protestantium in Allobrogibus potentiam, & a desperatione periculum causatus, se excusabat: nonnulli tamen Valentiaë Cavarum, & Romanii interfecti sunt: hinc Bertrandus, cum plebem jamjam in quosdam fure re comperiret, sua auctoritate cruenti hujus mandati executionem cohibebat: Sauteranus quoque Arvernorum Præfides, & ipse Momorantianis addictus, eadem moderatione usus est, qui ad ejusmodi jussa respondit, nunquam se talibus mandatis obedientiam delaturum, nisi ipse Rex præsens id juberet.

§. XXXIX.

Plures Calvinistæ a Lexoviensi Episcopo in sua Diœcesi mortis supplicio erepti.

Denique haud diffiteri possumus, quod longe plures, quam gladio occubuerint, ex Calvinistis illæsi in variis Provinciis permanerint, imo ipsimet Clerici, quamvis ab hisce hæreticis crudeliter in modum passim habitum fuerint,

Sæcul. XVI.
A.C. 1572.

Sæcul. XVI. rint, nihilominus quotquot poterant,
 A.C. 1572. diversis in locis vitæ periculo eripue-
 runt: præprimis vero, postquam Re-
 gius Lexoviensis Legatus iussa sibi trans-
 missa Joanni Hennuyero ex Ordine Fra-
 trum Prædicatorum Episcopo, olim An-
 tonii Borbonii Vindocinensis Ducis, &
 postea Navarræ Regis Moderatori com-
 municaverat, hic Præsul hæc man-
 data exequi recusans ita inquebat:
 „Neutiquam volo, ut hæc mandata ef-
 „fectui dentur; nunquam enim hanc in
 „rem consensurus sum: sum ego Lexo-
 „vianis Ecclesiæ Pastor, quas vero ma-
 „ctare intendis, oves meæ sunt, erran-
 „tes quidem, quas tamen aliquando ad
 „ovile Christi reducendas non despero:
 „nec etiam in Evangelio lego, quod
 „Pastor permittere jubeatur, ut suarum
 „ovium sanguis effundatur, potius e-
 „contrario edoceor, quod ipse sangui-
 „nem suum fundere, & animam pro
 „ovibus suis ponere teneatur: revertere
 „igitur cum ejusmodi mandato, quod
 „non exequeris unquam, quamdiu Deus
 „mihi vitam conservabit, quam ab eo non
 „alio ex fine recepi, nisi ut illam pro
 „spirituali, ac temporali gregis mei bo-
 „no impendam.”

Hac Præsulis firmitate Legatus haud
 parum attonitus, sibi scripto tradi pe-
 tit hujus repulsæ testimonium, ut apud
 Regem

Regem sese excusare posset: id quoque
Episcopus lubens eidem tradidit, asse-
rens, quod persuasus de Principis cle-
mentia illum in hac occasione deceptum
existimet, de cetero autem speret, quod
suam repulsam Rex æquo animo latu-
rus sit, sin vero, omnis mali, quod ex-
inde oriri posset, causam Regi esse at-
tribuendam dicebat. Enimvero Deus
hujus Præfulis Zelo adspirabat; quip-
pe cum Legatus illius oppositionem ad
Regem transmitteret, hic Princeps inde
ad pietatem commotus quantocyus sua
mandata pro Lexoviensi Diæcesi data
revocabat: quapropter prædilectus ille
grex, alias ad Pastoris sui præcepta
docilis, tantopere hac agendi ratione
intimo sensu tangebatur, ut ferme
omnes ad ovile Christi redirent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1572.

§. XL.

*Festa Romæ, & in Hispania ob hære-
ticorum internecionem celebrata.*

De hac Calvinistarum castigatione
Romæ, atque in Hispania longe
aliud ferebatur judicium; Gregorius
enim Papa hujus nominis decimus ter-
tius unice intentus illi emolumento,
quod in Galliis resultaturum existimabat,
solemnem decreverat supplicationem, cui
ipsefmet interfuit, a Divi Petri Basili-
ca usque ad Sancti Ludovici Ecclesiam
Hist. Eccles. Tom. XLIX. E pro-

*Mezeray l.c.
pag. 260.
Tresor chro-
nol. du P. de
S. Romuald
p. 66.*